

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

§. I. Resolutio negativa pro venialibus quoad culpam remissis in hâc vitâ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

ARTICULUS IV.

An peccatum veniale per accidens puniatur pena aeterna?

SUMMARIA.

1. Status questionis.
2. Veniale quoad culpam remissum in inferno punitur temporaliter, ex doctrina D. Th.
3. Et ratione.
4. Peccatum veniale nondum quoad culpam remissum per accidens punitur aeternaliter.
5. Ratione D. Thome.
6. Non video DEUS puni ultra condignum.

§. I.

Resolutio negativa pro venialibus quoad culpam remissis in hac vita.

1. Status questionis est, an, si homo moriens in peccato mortali secum deferat ad infernum venialia peccata nondum expiata in hac vita, ut ferè semper contingit, penam pro illis peccatis debitam temporaliter exsolvat, vel utrum illa non quidem per se & ex merito peccati, sed tamen per accidentem propter statum damnationis ex temporali mutetur in aeternam? Id porrò fieri potest dupliciter, vel ut venialia fuerint quoad culpam remissa in hac vita, nondum vero satis expiata quoad reatum penæ. Vel secundò, quod neque fuerint remissa quoad culpam.
2. CONCLUSIO PRIMA. Peccatum veniale quoad culpam remissum in hac vita, [idem esto iudicium de peccatis mortalibus quoad culpam remissis] & nondum plene expiatum in inferno non puniatur pena aeterna, sed temporali. Ita communiter Thomistæ: cum quibus in hac parte etiam sentit Scotus.

Probatur primò authoritate S. D. in 4. d. 22. q. 1. a. 1. ad 5. ubi rejecta opinione contraria sic resolvit: *Ideo alii dicunt, quod pena, cuius aliquis est debitor, post culpam remissam in inferno permanet temporaliter.* Nec propter hoc sequitur, quod in inferno sit redemptio, quia pena, que solvit, non redimitur. Nec est inconveniens, quod quantum ad aliquid accidentale penam inferni mutatur usque ad diem iudiciorum, sicut etiam augetur. Hæc, S. D.

3. Probatur secundò ratione: Si post remissionem culpam poena temporalis adhuc debita mutaretur in aeternam, DEUS puniret ultra condignum: sed hoc repugnat bonitati Divinæ: ergo, Sequela probatur, punire penam aeternam, ubi nulla est condignitas ad poenam aeternam, est punire ultra condignum: sed peccato semel remisso nulla remanet condignitas ad poenam aeternam; si quidem hæc fundatur in culpa mortali: ergo.

Probatur tertio. Si pro peccato mortali remissio sustineri deberet pena aeterna, tunc aliqua peccata remissa etiam de lege DEI ordinaria redirent quoad reatum penam aeternam: sed hoc est absurdum, ut infra ex Tract. de penit.

Probatur quartò. Nulla est assignabilis ratio, cur poena temporalis pro peccato jam remisso debita mutari deberet in aeternam. Non quia damnatus est extra statum viæ, & satisfactionis:

quia ad exsolvendam penam etiam sufficit frustatio, quæ in inferno locum habere potest. Non quod damnatus est obstinatus in malo: quia nonnullum peccati jam in hac vita retractati & remitti nullum habet obstinationem. Non quod infernalis pena non minuitur: quia hoc est intelligendum de pena essentiali, non accidentalis. Non quod in hac vita nemo constitutus in factis peccati mortalis possit exsolvere penas pro venialibus, aut mortalibus iam remitti debitas: quia hæc vita est status merendi & latifundiendi: atqui non acceptatur satisfactio, quæ non est à persona grata & justa.

§. II.

Resolutio affirmativa pro venialibus nondum remissis quoad culpam.

CONCLUSIO SECUNDA. Peccatum veniale nondum remissum in hac vita, in inferno punitur per accidens pena aeterna. Ita contra Scotum in 4. dist. 21. S. D. hic a. 5. ad 3. q. 7. de malo. a. 10. ubi hoc habet: *Veniale peccatum non meretur penam aeternam ex specie sua, neque ex parte inherentie ad subiectum per se loquendo, quia non privat gratiam, sed per accidentem si irremissible peccato mortali conjunctum, in quantum ejus in subiecto privato gratia, & sic per accidentem puniri pena aeterna.* Similia habet q. 5. de malo. a. 1. ad 8. & in 4. dist. 21. q. 1. a. 2. quæsiunc. 1.

Ratio jam indicata est prima. Tamen non exsolvitur pena, quamdiu non remittitur culpa, quæ est causa necessaria reatus penæ: sed in inferno culpa venialis in aeternum non exsolvitur: ergo etiam pena in aeternum non exsolvitur. Minor constat: quia nullum peccatum etiam veniale de lege DEI ordinaria remittitur, nisi in formaliter aut virtualiter retractatum: sed in inferno, ubi est perpetua obstinatione in malo, & de negatio omnis auxiliis supernaturalis, nulla potest esse peccati retractatio & penitentia: ergo.

Secundò. Macula peccati venialis sive formulariter opponitur extensivo fervori charitatis ita per eundem tollitur: sed in inferno non potest esse fervor extensivus charitatis, sicut nec ipsa charitas: ergo in inferno macula peccati tolli non potest. Dixi tamen, penam esse per accidentem aeternam: quia aeternitas penæ non est ex intrinseca condignitate & demerito culpe venialis, sed ex coniunctione cum peccato mortali, & conditione subiecti, cui in statu damnationis continuo etiam veniale peccatum remitti amplius non potest.

Dices: Si DEUS veniale peccatum puniit penam aeternam, quod tamen meretur solidam penam temporalem, tunc illud puniri ultra condignum: sed hoc est absurdum: ergo. Responde dicens: irremissibile, concedo; secundus, nego: tunc enim etiam per accidentem haber condignitatem ad penam aeternam.